

Hans Gürge Sack de


**A. M. A. D. Oratio Panegyrica De Brandenburgia Felice, Imperante Friderico III,
Qua Serenissimo ... Dno. Friderico III. Marchioni Brandenburgico ... Domino
Clemetissimo De Natali XXXXI. Calendis Iulii Anno 1698. feliciter exorto**

Rostochi[ij]: Richelius, 1698

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756492319>

Druck Freier  Zugang






Zur Danksch.
Herrn v. ...

10
aufgegeben
Rei. Dr. v. ...

45
1-72
Rf-7538(1.) cum annexis.

L. 4



A. M. A. D.

ORATIO PANEGYRICA

De

BRANDENBURGIA FELICE, IMPERANTE

FRIDERICO III,

Qua

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

DNO. FRIDE-
RICO III.

Marchioni Brandenburgico, Sacri Rom. Imperii Archi-Camerario & Electori, Duci Prussiae, Magdeburgi, Cliviae, Juliaci, Montium, Stetini, Pomeraniae, Cassubiorum & Vinidorum, etiam Crosnae in Silesia, Burggravio Noribergensi, Principi Halberstadii, Mindae & Camini, Comiti Hoenzollarae, Marcae & Ravensberg, Dynastae Ravensteinii, Lauenburg & Butau &c. &c. &c.

DOMINO CLEMETISSIMO

De


Natali XXXXI. Calendis Julii Anno 1698.

feliciter exorto

Devote ac submisse gratulari voluit

HANS GÜRGE de SACK, Eqves

Neo-March:



ROSTOCHI,

Typis JACOBI RICHELII, Ampliff. Sen. Typograph.

A. M. A. D.
ORATIO PATRISTYRICA
De
BRAVIERBURGIA FELIX, IMPERANTE
FRIDERICO III.
De
SERENISSIMO ac POTENTISSIMO PRINCIPALI
AC DOMINO
DNO. FRIDE-
RICO III.

Marchioni Brandenburgico, Sacerdoti, Imperii Archi-Camerario & Electori, Ducis Silesiae, Magdeburgi, Cliviae, Juliaci, Montium, Secun. Hontaniae, Castellionum & Vinidorum, etiam Electoris in Silesia, Burgavio Northbergensi, Principi Salsburgensi, Silesiae & Carniae, Comiti Hoozollantiae, Marchioni Ravensbergi, Dynastae Raversheimi, Landgravi & Buravi &c. &c.

DOMINO CLEMENISSIMO

De
Natali XXXI. Calendis Julii Anno 1633.
Feliciter exoro

Druck des Verfassers
Hans Gange de Saak, Bpves
Leo-Martin

Rostock
Typogr. Johann, Angell's sen. Typogr.



SERENISSIME AC POTEN-
TISSIME ELECTOR PRIN-
CEPS AC DOMINE CLE-
MENTISSIME.

TUE POTENTISSIMA
SERENITATIS

Magnam & omni vituperio dignam esse
audaciam fateri omnino necesse habeo,
quod ego juvenis & nondum sufficien-
ti rerum cognitione imbutus MAGNI
PRINCIPIS incomparabiles virtutes e-
vehere ingrediar. Insignis tamen Clementia, qua AU-
GUSTUM TUUM NOMEN quam maxime pollet,
non tantum bene sperare, sed & confidere me penitus
jubet, fore, ut SERENITAS TUA meam infirmita-
tem sua subleuet AUGUSTISSIMA HUMANITA-
TE.

TE. Hac igitur certissima fretus spe ad TE, SERENISSIME AC POTENTISSIME ELECTOR AC DOMINE BENIGNISSIME accedens hasce studiorum meorum primitias ea, quæ par est, devotione ac pietate offero flexisque genibus & quanta animi subjectione fieri potest supplex rogo ut has paucas schedulas ea quæ soles, humanitate atque clementia accipere non dedigneris, simulque persuasum TIBI prorsus habeas, eas verissimas fidelissimi subditi ac Civis esse indices, qui pro salute ac incolumitate SERENISSIMÆ FAMILIÆ BRANDENBURGICÆ singulis ferme momentis DEUM immortalem tacita mentis veneratione precatur. De cetero id sedulo agam ut in posterum gratiores & acceptiores studiorum meorum fructus TIBI DOMINE CLEMENTISSIME in religiosissimi cultus atque sempiterni obsequii pignus consecrare liceat. Qui ero

TUÆ POTENTISSIMÆ SERENITATIS

Agnam & ceteri virupero dignum esse
audaciam facere omnino necesse habeo
quod ego juvenis & nondum sufficiens
et totum cognitione impetus MAGNI
PRINCIPIS incomparabilis virtutes
vobis ingreditur. Insignis tamen Clementia, quæ
GUSTUM TIBI MEMBEN quam maxime pollet
non tantum bene sperare, sed & considerate me peritus
SANTITAS TUA meam ignominiam
com tu sublevec ALIQUANTISSIMA HUMANITATE
TE. A s

Subjunctissimus

Hans Gürge de Sack.

AU-

AUDITORES OMNIUM ORDINUM HONORATISSIMI.

SI quando in percurrendis annalibus Romanis deprehendere mihi haecenus licuit, memoriarum conditores magnum aliquid & sanctum Regibus suis atq; Principibus tribuisse, sub quorum praesidio vitam subinde transegerunt, non omnino potui, quin admirationem multam animo, quae caperetur, afferret rei magnitudo. Venerati quippe sunt in summa illa Principum fortuna quaedam imaginem Numinis, quod unum ac solum eminentissime terris praestit. Non amplius tamen, quam si mensuram implerent muneris sui, & quam divinam referrent potentiam, bonitate quoque atque justitia aemularentur. Admiratio autem illa omni opinione citius in assensum horum scriptorum facile mutabatur, dum rite ad lancem & trutinam animi vocabam insignem illam felicitatem, ob quam Respublica maximè sibi gratulandi causam habet, cujus clavum nullo non tempore optimi & mitissimi Principes tenent, qui sanare suos non perdere student. Etenim si boni & in omnibus virtutum generibus praeter ceteris eminentes Principes Regioni cuidam praesunt, non potest non pietas, à qua universa spes publicae felicitatis dependet, quaeque summus & ultimus scopus est, quo actiones nostrae dirigantur, in statu florentissimo conservari; Sed & Literae vigent, quarum cognitio non solum ad vitam instituendam conducit, verum etiam ad consiliorum vigorem & Reipublicae administrationem quam maximè est necessaria. Justitia etiam tunc, quae ipsius

B

JU-

JUSTINIANI, aſt quanti imperatoris! iudicio, Nihil inter homines unquam extiterit robuſtius aut pulchrius, quodve DEO & Imperatori placere, eosque conciliare ſibi magis poſſet, Juſtitia inquam ita ſine ullo Perſonarum reſpectu adminiſtratur, ut nemini ulla de injuria ſibi illata querendi occaſio relinqvatur. Neque perſuadere mihi poſſum omnino aliquem in hoc Splendidifſimo Auditorio fore, qui aut in dubium vocare, aut negare vellet, à Bonis Principibus, tanquam ſapientibus rerum gubernatoribus, quodvis bonorum genus, pleno velut cornu copiæ in Remp. ampliffimè redundare. Certiffimè potius ſpero omnes unanimi conſenſu mihi album addituros eſſe calculum, Provinciam eo tempore Legibus ſanctis, juſtis & æquis inque Jure Naturæ Gentium ac Civili atque recta ratione fundatis, & ad ſalutem civium publicam & privatam accommodatis, munitam eſſe. Et quæſo quomodo aliter eſſe potuit, cum ſub Boni Principis regimine quævis ſuo ordine modoque ſapienter admodum imperantur, ut neque armorum fulgur & ſtrepitus belli, niſi ſumma urgente neceſſitate, contra hoſtem invadentem aſſumatur, atque aurea pace, quæ & juſtitiam Tribunalibus, & frequentiam Domibus, & diſciplinam Scholis, & florem Academiis, & incrementum officinis opificum præſtat, ex animi ſententia ſubditi utantur. O feliciffimam Gentem, quæ talem agnoſcit Principem! O terque quaterque beatam Regionem, quæ tali gaudet Gubernatore! Infelicem contra illam Gentem, quæ aut perturbato ordine rebus vitæ ſuæ ſtudere cogitur, ſine capite, ſine ducibus, aut cui Princeps ſive infans ſive Tyrannus contigit, dum & ille Remp. afflictare potius, & perdere, quam tueri atque ampliare omni velut niſu ſuo conatur.

natur. Vah! in quam manifestissima pericula Remp.
tunc abduci deprehendimus, quippe cujus interitus pa-
riter ac ruina tam certa est, quam navis, quæ in impetu-
oso ac turbulento mari navigat, destituta insuper pru-
denti ac in rebus nauticis exercitatissimo gubernatore.
Hujus rei veritatem proh dolor! tot calamitosa rerum
aut Regnorum fata per quævis Regni Secula confirmant,
ut rerum expers judicaretur ille, qui in contrarium vel-
let discedere. Attendamus modo unicum exemplum
Wenceslai Imperatoris quondam à CAROLO IV. pro-
creati. Is administrationem & curam regni paterni, &
imperii, tanquam ad se non pertineret, ita neglexit, ut
latrociniis infesta redderentur itinera Regna, grassatori-
bus implerentur, seditiones in civitatibus excitarentur,
insurgente adversus Magistratum ubique insana plebe.
Sicque ipsius Sacræ Scripturæ judicio, nonnulli Magi-
stratus magis corrumpunt, perdunt, atque exhauriunt
populum suum, quam tuentur, fovent atque amplifi-
cant. Et mirandum, ipsos etiam inter gentiles idem
tam prudenter Septimum Imperatorem agnovisse, ut
morti vicinus filiis suis dixerit: firmum se illis relinque-
re Imperium si boni essent, lapsurum brevi, si mali.
Quam ergo Principes nonnulli Remp. suis velut sedibus
dimovere, suo flore spoliare, suisque viribus absumere
videntur, illam boni contra omnibus bonis suis resti-
tuunt, virtutibus firmant, atque facultatibus potenter
amplificant. Sunt enim boni Principes arbori excelsæ,
robustæ & fructuosæ similes. Hæc impetum vento-
rum felicissimè sustinere potest, & Principes boni eti-
am omnem impetum hostium fortitudine atque pru-
dentia sua summa, cum omnium admiratione, à Provin-
ciis suis avertere valent: Hæc nemini aditum ad se præ-
cludit,

cludit. Principes boni pariter omnes subditos ad se accedere permittunt, eorumque lamentationes atque ejulationes benignè audiunt: Hæc umbraculum præbet bestiis ad se confugientibus; Et Principes boni quoque umbra alarum subditos tegunt & fovent, & imbecilliores contra potentiores protegunt: Hæc avibus cœli in ramis suis nidulari pullosque suos excludere concedit; Sic Principes boni etiam protectione sua omnibus suis incolis piam, securam & pacatam reconciliant vitam: Hæc fructibus gravis inclinat ramos, & dimittit se & offert carpi; Ita Principes boni quoque virtute uberes, & benevoli & benefici ultrô sunt erga subditos & invitant eos ad fruendum. Piget itaque me vehementer sterilitatis ingenii, nec mediocriter meæ irascor infantia, dum de bonorum Principum laude admirabili, & de inusitata subditorum felicitate tam jejune atque exiliter loqui necesse est. Quam gratulatur sibi Brandenburgia nostra, quam beatam se existimat, quod nullis non temporibus tales aluerit ac in gremio suo fovit Principes, qui Pietate Ludovico, fortitudine Alexandro, justitia Constantino M., Eruditione Augusto, sapientia Alphonso, vel pares fuerunt, vel præiverunt. Quis fuit ALBERTUS? Princeps sanè tantæ fortitudinis atque Autoritatis, ut Achilles Germaniæ diceretur, & Imperator ipse nihil susciperet sine ejus consilio, unde in commune proverbium etiam abiit: ALBERTUM administrare Imperium per FRIDERICUM III. Quis fuit JOHANNES II? Princeps in Literis versatissimus, & in primis immortalem sibi gloriam incomparabili sua eloquentia paravit, dum tres Reges, de Silesia litigantes CASIMIRUM Poloniæ, ULADISLAUM Bohemiæ, & MATTHIAM Ungariæ interveniente facundia

dia & Autoritate sua sibi invicem reconciliavit. Qvis
fuit JOACHIMUS I. ? Princeps affabilitate mirifica er-
ga omnes, in literis summe eruditus & eloquens, qvip-
pe qui in conventu Augustano Cardinali CAMPEGIO
nomine Principum Germaniæ oratione latina magno
cum audentium stupore respondit. Qvis fuit JOACHI-
MUS II. ? Princeps & pius & fortis: Pietatem ejus sin-
gularem, purioris Religionis studium comprobavit; Ani-
mum verò ejus Heroicum, magna clade accepta, ex-
perti sunt Turcæ in Hungaria. Qvis fuit JOHANNES
GEORGIUS ? Princeps cujus sinceram Pietatem, men-
tem providam, acutissimum ingenium, præstantissi-
mam memoriam, felicitatem in omnibus negotiis, can-
dorem, bonam fidem, & singularem erga subditos pro-
pensionem, ad astra usq; extollere nemo sustinet. Ne-
que prætermittere possum silentio FRIDERICUM no-
strum WILHELMUM cognomento MAGNUM. Con-
currebant enim in hoc, quæcunqve de Majoribus un-
quam dici poterant: Si spectes cultum divinum Devo-
tus, si res gestas, Magnus, si prælia commissa, victorio-
sus, si Provinciarum ampliationem, Augustus, si virtu-
tem, Fortis, Justus & Clemens dicendus. Hanc igitur à
Majoribus suis justa hæreditate ad se devolutam gloriæ
molem non vulgari animi magnitudine adhuc ex voto
sustinet, & ingentibus rerum laudabiliter gestarum
actionibus in dies magis magisq; auget SERENISSIMUS
AC POTENTISSIMUS ELECTOR AC DOMINUS
NOSTER FRIDERICUS III. Per illum enim vivimus
in Marchia, per illum navigamus, libertate atq; fortu-
nis per illum fruimur. Quæ cum ita sese habeant, in
animum mihi induxi hodierna die, qua CLEMENTIS-
SIMI AC SERENISSIMI mei DOMINI FRIDERICI III.
C dies

dies natalis faustus omnibus, atque acclamationibus solemnibus ab universa Brandenburgica Gente celebratur, non nihil de **BRANDENBURGIA FELICE, IMPERANTE FRIDERICO III**, dicere.

Quod dum persequi studeo, **VOS AUDITORES, O. O.** ac dignitatum Honoratissimi, officiosè ac peramanter rogo, ut meæ, in hac ardua dicendi materia, tenuitati vestra humanitate succurrere, simulque benignas aures præbere ne gravemini. Hoc si feceritis, pietatem vestram erga **SERENISSIMUM AC CLEMEN- TISSIMUM** meum **DOMINUM** atque **ELECTOREM** singulis occasionibus decantabo quàm maximè.

Persuasissimum mihi habeo **A. O. O. H.**, me limites boni oratoris hac in parte non transgressurum esse, si grata & pia cogitatione in memoriam mihi revoco, & vivis quasi coloribus Vobis breviter depingo, orationem illam nitidam & spiranti dicendi genere expressam **Excellentissimi Domini FUCHSII**, qui **ELECTORI** Nostro à consiliis sanctioribus est, quàm publicè cum admiratione omnium habuit cum **SERENISSIMUS AC POTENTISSIMUS ELECTOR AC DOMINUS**, Patre proh! defuncto ad culmen electoralis dignitatis pervenit. In ista enim illum Marchiæ Salomonem cum omnium subditorum gaudio ac solatio publice renunciavit. Nec tamen existimare quis hic debet, virum hunc incomparabilem magnique nominis id in favorem **SERENISSIMI** mei **ELECTORIS AC DOMINI** tantum fecisse: Sed satis certum etiam esse credamus, eum tanquam virum limati ingenii ac iudicii oculos animi sui direxisse tam ad tempus præsens quàm futurum. Præsens enim tempus tunc in tranquillitate, securitate atque pace deprehendebat, neque quenquam adesse animad-
ver-

vertebat, qui pullum alienum rapere, ovem contingere, uvam auferre, segetem deterere, oleum, sal, lignum exigere posset; indeque non poterat non **ELECTOREM NOSTRUM POTENTISSIMUM** Marchiæ Salomonem appellitare: Et licet tam verum sit, quam quod verissimum, neminem hominum posse futura prævidere, sed soli & unico **DEO** id competere rectè judicavit nonnullus Rex Polonorum. Tamen etiam prorsus negari non potest, nos ex certis aliquibus indiciis colligere posse, qualia tempora sint futura. Quare cum in Principe hoc Potentissimo animum pi-um, prudentem, benignum atque clementem omnibusque virtutibus incomparabilibus exornatum videret, jure meritoque illi titulum Salomonis tribuere nullus dubitavit. Neque vaticinium ejus irritum ac frustraneum unquam fuit, aut esse potuit: Sed per gratiam summi Numinis à cunabulis usque ad hodiernum diem adeo felix **SERENISSIMUS ELECTOR** ac **DOMINUS NOSTER CLEMENTISSIMUS** fuit, ut inter rarissima felicitatis humanæ exempla quam optimè mereatur referri. Nativitatem ejus si spectemus, quis quæso felicior hoc **PRINCIPE** nominandus est? Nonne agnovit Patrem cujus divinas virtutes & animum Heroicum nemo satis evehere & pro dignitate describere potest, licet centum lingvis præditus sit, & disertissimum Romuli nepotum eloquentia superet, imo aureo utatur calamo. Et quid dicam de Matre **LUIA HENRIETTA, HENRICI FRIDERICI** Arausionensis Filia, quæ & antiquitate generis & gloria Majorum maxime florebat, cujusque virtutes præclaræ seorsim & distinctè explicari non possunt, sed decus earum constipatarum & in unum commistarum omnibus mirandum &

perpendendum relinqvimus. Ab ejuscemodi igitur
Parentibus SERENISSIMUS NOSTER ELECTOR
FRIDERICUS III. Anno orbis redempti MDC LVII. in
lucem est editus. Et hæ Calendæ Juliæ sunt illa fausta
lux & auspiciatissima, quæ ante quadraginta annos pro-
pitio Fato illum his Terris donavit, quem instar beni-
gni sideris, quotquot hic ex Marchia præsentem sunt, aut
in Provinciis magno consensu scimus, intuemur læta-
bundi, veneramur fiducia & cui grata nos mentis obse-
quio subjectissimos esse profiteamur. Hora nona ma-
tutina hujus diei exoptatissima, multisque votis ac pre-
cibus exorata erat, quæ Regiomonti in Prussia SERE-
NISSIMUS NOSTER ELECTOR ac DOMINUS BE-
NIGNISSIMUS hoc amabile solis lumen aspexit. Quo-
modo tunc temporis dulcissimi ejus Parentes de tali
gratissimo acceptissimoque conjugii pignore in sinu ga-
visi sunt, quilibet facile colligere in promptu habet cui
modo adhuc mica salis restat. Hilares quoque fuerunt
atque erecti magnoque gaudio triumpharunt omnes bo-
ni subditi, quibus notum satis erat, salutem Principum
etiam nostram esse felicitatem, cum ad aures illorum
pervenit, Cæli Terræque Monarcham Domum Bran-
denburgicam benignis aspexisse oculis, & tali PRINCI-
PE illos exhilarasse, de quo omnes & singuli certo sibi
jamjam promittere poterant, eum in conservatione
gloriæ Paternæ totum esse futurum. Dabit veniam,
ut spero, A. H., dum paulisper à proposito recedo &
non nihil de Ducatu Prusiæ jam in medium profero.
Est autem hæ Provincia propter opulentiam insignem,
& non contemnendam amœnitatem admodum cele-
bris, imo multis aliis Europæ Provinciis præponenda.
Hujus verò Provinciæ imperium Brandenburgicis diti-
onibus

onibus adjectum fuisse ab ALBERTO omnes memo-
riarum conditores unanimi consensu in suis scriptis re-
liquerunt; Illeque ALBERTUS primus fuit, qui veri-
tatis celestis lumen, depulsis perfidiæ Pontificiæ tene-
bris, in Regionibus illis accendit, quique Academiam
Regiomontanam instituit, & amplissima dote ditavit
magnificè. Quæ beneficia tanta sunt, ut nulli subacta-
rum gentium triumpho ac laureæ, nullæ opulentissi-
morum Regnorum accessiones, non gloriæ dicam ac
nominis, sed plus emolumenti ac utilitatis potuissent
afferre. Hæc igitur sedes Musarum, hic locus tam
splendidus multisque elogiis ac nominibus nunquam
fatis deprædicandus est, ubi primum SERENISSIMI
NOSTRI ELECTORIS cunas moverunt. Sed omit-
tam hæc ne tædium Dominis Auditoribus excitetur,
referamque me iterum ad ea, cur publicam hanc con-
fendi Cathedram. Et paulisper mente ac cogitatio-
ne perlustrabimus tempus, quo Sol noster acceptissi-
mus exortus, longe lateque circumquaque sparsit radios
suos, & pulchritudine luminis traxit atque allexit omnes.
Meretur autem tempus hoc ea propter à nobis in sce-
nam produci, quia illo SERENISSIMUS NOSTER
ELECTOR FRIDERICUS WILHELMUS, excelso
animo PRINCEPS transactione Velaviæ cum Rege Re-
gnoque Polonico inita, novo & memorabili exemplo
supremum ejus Ducatus imperium acquisivit, hoc ju-
re pro se & omnibus maribus, quotquot deinceps ex
Familia ELECTORIS recta serie descendunt, separa-
tim à Germaniæ Regionibus retinendum! O fortuna-
rum tempus non ubertate frugum, non proventu fru-
ctuum, non amœnitate florum, sed gratissima publicæ
tranquillitatis redditæ memoria. Inde factum nunc est,
quod optima illa spes omnibus & singulis nata sit, eum
D PRIN-

PRINCIPEM futurum esse , qui strenue vestigia Majorum ac Parentum premat, & cum BOISLAO, IV. Poloniae Rege , Patris sui effigiem in numismate aureo è collo suspensam circumferat , & quoties majoris momenti negotium aliquod decernendum occurreret, ori illam admoveat & venerabunde deosculetur, dicens: Avertat benignissimus DEUS , ne quid ego indignum Regio Tuo nomine statuam. Neque spes ista, quam de eo conceperant, exhilarato caruit eventu, sed quam primum ad pueritiam hic plenus spei PRINCEPS accessit, de ejus bona educatione MAGNI PARENTES statim solliciti fuerunt, quia cognitum atq; exploratum satis habebant, Principem bene educatum esse instrumentum felicitatis Politicæ & publicæ salutis. Inde generosam ejus indolem, quæ vel in ipso naturæ & actionum primordio emicuit, Pietate præprimis, egregiis studiis, aliisque Principe dignis artibus indies excolendam viris & pietatis & eruditionis atq; experientiæ laude insignibus tradiderunt. Qui cum in eò memoriam & ingenium multum valere perspicerent, id maximè sibi curæ cordiqve semper esse voluerunt ac debuerunt, ut ei una cum pietate, fundamento illo longè felicissimo omnium nostrarum actionum, veram sapientiam & solidam masculamqve eruditionem instillarent, quo tanquam Princeps omnis ætatis ac memoriæ clarus, gubernacula Reip. aliquando cum pietate, clementia, mansuetudine atq; humanitate suscipere posset. Istæ enim virtutes quanto rarius in excelso conspiciuntur fastigio, tanto splendent illustrius, tanto charius omnivæ faciunt nomen Principis, atq; singularem illi civium benevolentiam conciliant. Crescente verò ætate mirabiliter quoque in NOSTRO creverunt vires corporis, adeo ut felicissimo cum successu aliquid temporis exercitiis

tiis equestribus dare potuerit, quæ homini illustri genere orto non tantum majorem conciliant splendorem, sed aptum etiam illum reddunt, ut tempore necessitatis militiæ labores possit æquo animo ferre. Proinde tractare arma, vibrare hastam, equos vertere in gyrum, torquere lances, certo ictu ferire destinata in ipso juventutis flore didicit, quo in omnibus actionibus suis ostenderet, se acerrimum Paternæ gloriæ esse æmulum. Etenim nulli Principi aptius, nulliq; verius, quam hoc **NOSTRO PRINCIPI** applicari potest illud **HENRICI MEIBOMII** in vita **HENRICI LEONIS**:

Egregia insignisque nota est de semine nasci
Conspicuo, & prisca Majorum ostendere ceras,
Fortibus eduntur fortes, Patriumque jubatis
Robur equis ac bobus inest, nec Dama leonem
Nec celeres aquilæ generant sine felle columbam.

O igitur dignum tanto Parente Filium! O dignum tanto filio Parentem, qui grande hoc Cœli depositum in spem salutemq; publicam tam sollicite educavit! O felicem utroq; Patriam, quæ tanto Patri tantum debet Filium. Mirandum quoq; est, nec rerum omnium gubernatori maximo, temporisq; dispensatori optimo satis persolvere possumus grates, quod cum nobis **PRINCIPEM** in omnibus virtutum generibus insignem concesserit, illum etiam adeo firmo ac valenti corpore bearit, ut hinc optimam illam spem capere quilibet poterit, fore, ut prohibeatur etiam, ne tristissima illa dies nisi post innumeros demum annos nobis aperiatur, quo huncce incomparabilem **PRINCIPEM** ex viventium numero iterum ereptum esse divulgatur. Augetur singulis ferme momentis ista admiratio, si secreta æstimatione singulas divinas virtutes in ipso conspicuas pensamus. Istæ sanè tantæ sunt, ut ego cum perfectum orationis splendorem ac cultum, sufficientemque eloquendi ubertatem, adhuc juvenis, dicendiq; rudis, mi-

hi ne optare quidem, multo minus sperare, ne dicam polliceri ausim, in ipsa oratione hæream. Intueamur modo haud vulgarem ejus pietatem, (quæ una ex omnibus est virtus illa, quæ DEUM universitatis Autorem ac Dominum debitis honoribus afficit, quæ inter aras ac sacra versatur assidue, quæ ceterarum digressa choro in altissimo cœlitum domicilio locavit sedem,) & judicemus ipsi, annon terq; quaterqve beati, quibus tam pius PRINCEPS de Cœlo obtigit in Marchia, præ aliis simus nominandi. Sic etiam injurius in SERENISSIMUM meum essem PRINCIPEM, nec pietatem atq; humanitatem debitam ipsi præstarem, si silentio prætermittere vellem justitiam ejus constantem atqve perennem, quæ immortalē fere gloriam apud omnes gentes ac populos sibi acquisivit. Annon statim sub auspiciis sui regiminis legem DEO & hominibus gratam tulit, in qua nulla habita Personarum ratione omnibus Provinciarum suarum incolis vindictam privatam interdixit, omnesq; illos acerbioribus & acrioribus suppliciis afficere minatus est, qui deliberato animo contra illam sint acturi. Qui itaq; de hac lege male vellet sentire, non tantum homo cæde & sanguine gaudens esset, sed plane monstrum hominis ex omni vitiorum fæce & colluvione ortum. Lex enim hæc detestatur cædes, & sanguinem odisse, persequi, infestare, quod contra humanam naturam est, multo terribilissimis prohibet pœnis, contra tranquillitatis atq; amicitiae studio, animum revocare à stygio isto nocendi furore saluberrime conatur. O utinam omnes Provinciæ ejusmodi lege oppidò profutura à Principibus suis munitæ essent, certè non tot sceleratissimæ innocentissimorum hominum interneciones à Cœlo vindictam sui peterent: Sed id est de quo omnes ferme Regiones proh dolor! querendi

rendi maximam habeant causam. Neq; minori felicitate Brandenburgiam nostram comitatur **EXCELSISSIMI NOSTRI PRINCIPIS** inusitata clementia, qua divinam imitatur naturam, cujus præcipue imago Princeps esse debet, qui **DEI** vices gerit, & ejus quasi Legatus in terra est, quod dum pervidit & penitus cognovit **PRINCEPS NOSTER SERENISSIMUS FRIDERICUS III**, quàm adituris patet ultro? quàm hos benigne excipit? qua suavitate, quibus leporibus ad sermonis invitat commercia, & pari jucunditate delinit, ut omnes, qui vel aspectu ejus jucundissimo vel alloquio blandissimo fruuntur, placidam illam Majestatem ac summam clementiam cum maximo quidem gaudio, sed simul etiam cum sacro quodam horrore admirentur. De felicitate, quam invicta sua fortitudine, durante ista atra bellorum nocte, in gentem Brandenburgicam, quid dicam Brandenburgicam, imo totam Germaniam in hunc usq; diem derivavit, multum quidem adhuc dicere restat, verùm cum multitudo victoriarum **TANTI ELECTORIS** omnibus adhuc in recenti erit memoria, paucula tantum signa de ejus animo Heroico satis superque testantia curiosioribus contemplanda proponam. Fortis itaque erat **SERENISSIMUS NOSTER PRINCEPS**, dum Regi Galliarum, qui Germaniam nostram, sine omni data justa causa, crudeliter invadebat, urbes ac oppida celeberrima, igni ac ferro vastabat, omnia sanguinolenter solo æqvabat, non solum electa manu obviam ibat, & sævitiae ejus obicem ponebat, sed etiam per Legatum suum in conventu Ratisbonensi Principes Imperii contra hunc publicæ tunc pacis turbatorem arma capere instigabat. Fortis erat, dum primo statim belli initio Bonnam, Reinbergam, Casaris

E

ris

ris Verdam ab immanitate Gallorum liberaret, & in imperii iterum potestatem redigeret. Fortis erat, dum ducem illum belli Regis Galliarum Luxenburgum, à detestando suo tunc furore abstinere coerebat, ne **WALDEKERUM** Imperatoris militiae Praefectum, qui jam cum toto suo exercitu fugæ se mandasset, ulterius persequi, & colonos istius Regionis ad redimendam villarum deflagrationem, amplius compellere posset. Fortitudinem Electoris nostri robustam non solum Rex Galliarum cum maximo suo detrimento animadvertit, sed etiam infensissimus ac deterrimus Christianorum hostis Turca Brandenburgensium virtutem bellicam cum totius imperii sui in Hungaria ruina ac interitu, summis laudibus evehere tenetur. Quem enim latet, quæ fortitudine, quæ magnanimitate, quæ felicitate nova illa conscripta militum cohors **ELECTORIS MAGNI** prope Salancamenum pro salute totius orbis Christiani pugnavit, cum victoria in hostes jam vergere videretur. Audimus adhuc de animositate horum militum Cæsarianos gloriantes, nec ullus est, qui non ingenuè fateatur victoriam hanc à copiis **POTENTISSIMI NOSTRI ELECTORIS** esse acquisitam. Et quamvis in solis, quod ajunt, disco positum sit, fortunam semper haud paucos frustrari malignè, & quos fovèrè diutius visa, fatigata velut aut quasi tæderet, relinquere; Longè tamen aliter res sese cum **SERENISSIMO NOSTRO** habuit **ELECTORE**, huic in omnibus suis negotiis atque consiliis adeo propitia fuit, & adhuc est secunda fortuna, ut credam me non iniquè facturum esse, si dixerò Alexandrum illum Macedonem hac in parte **NOSTRUM SERENISSIMUM PRINCIPEM** parem habuisse. Elucebit hoc, si paululum exactius statum

no-

nostrum Brandenburgicum examinare aggredimur, in-
que illo & Ecclesiam & Politicam & Rem domesticam
ad ipsam rerum veritatem non opinionem exigimus.
Eam enim pacem, tranquillitatem, addo felicitatem in
tot procellis ac tempestatibus consecuta est Ecclesia no-
stra Brandenburgica, quantam vix Constantinis olim,
vix Theodosiis debuit. Ritus omnes ac ceremoniæ ob-
servantur: In Præfectorum ac Sacerdotum vitam, mo-
resq; ac instituta diligentissimè inquiritur, ne quid veri-
tatem sensus de DEO corrumpat, & sanctissimam no-
stram fidem verè catholicam subverteret. Politia post
DEUM ELECTORI AC DOMINO NOSTRO CLE-
MENTISSIMO in acceptis ferre necesse habet, quod
dum ignis belli Brandenburgiam nostram inclusam te-
nuit, ille ad muros nostros haud accesserit, nec flamma
ista fortunas nostras ne quidem attigerit, multo minus
absorpsit. Sed stante adhuc bello multa memorabi-
lia à PRINCIPE NOSTRO peracta sunt. In primis
verò notatu dignum maximopere est, quod ope hu-
jus inter ipsa arma assurrexit iterum temporum iniqui-
tate prostrata, longa populorum oblivione sepulta, al-
terius jam Seculi, bis prope destructa Hallensis Acade-
mia. Ad rem familiarem si deniq; accessum faciamus,
nulla sane prosperitas, quæ homini contingere unquam
potest, illi deest. Parentes enim liberos suos, in pie-
tate ita educare felicissimè possunt, ut aliquando inde
& Ecclesia & Resp. magna petat fulcra. Agricultores
non vulgari lætitia fructus colligunt, quos Parens ac Pro-
creator rerum omnium sua benedictione, illis dono
dedit. Imo quilibet secure ac sua sorte contentus eo
imperante degit. Læti itaque confluemus ad templa,
læti cantilenis & concionibus aderimus, læti ingentes

plane & quantas possumus concipiemus, agemus, at-
que habebimus gratias DEO T. O. T. M., quod ejus-
modi nobis largitus sit PRINCIPEM, de quo opti-
mo longe jure prædicare licet illud Anglorum: Omni-
um domos tua vigilia defendit, omnium otium tuus
labor, omnium delicias tua industria, omnium vacati-
onem tua occupatio: Es halitus narium nostrarum &
lumen oculorum nostrorum. Hoc unicum ergo à Te
æterne DEUS, conservator rerumque omnium arbiter
summe, sancta, publica & communi voce oramus; ser-
va, tuere, custodi CLEMENTISSIMUM NOSTRUM
PRINCIPEM, & ut in nostris annis nova illi accedant
incrementa pari omnes pietate precamur. Respice
CASTAM ejus COSTAM DOMINAM NOSTRAM
CLEMENTISSIMAM, daque benignissime, ut omnia
ipsi ex animi sententia procedant. Fove etiam ac con-
serva FRIDERICUM WILHELMUM PRINCIPIS
NOSKI HEREDEM certissimum, gloriæ Tuæ & me-
lioris feliciorisque Seculi instrumentum, ut quicquid
laudis ac gloriæ in PROAVIS, in AVIS in MAGNO
PARENTE eminet & fulsit, hoc repræsentare futuræ
ætati, hoc propagare ad posteros possit. Juva Patri-
am nostram dulcissimam, exere brachium tuum for-
te, ad quos omnes Terræ trepidant Reges, & ne patia-
re auream pacem, quam insigni sua fortitudine
nobis reddidit FRIDERICUS III,
dissolvi!


D I X I.





17. Apr. 1955

28. Mai 1956



de manu cytharam, jures Helicone creatam.

Dianam lateri juncta pharetra facit.

genii & formae referam quid munera? nostro

Non sunt, pro meritis, haec referenda sono.
omnia verum uno liceat comprehendere verbo:

Ingens ut Mater, talis & Illa fuit,
later, Cui Divum genetrix Berecynthia cedit:

Cum tulit Hanc, cunctas protulit Illa Deas.
haec sed foeminei periit nunc gloria sexus;

Cogimur & nunc hoc dicere triste: fuit!
Ille oris splendor, oculisque afflata venustas,

Majestas vultus & veneranda, fuit!

Patriae falsas in lumina lymphas
, &, heu! partem plorat abesse Sui.

Regem moeror nunc vincit acerbus.

nitò in lacrymas, Rex FRIDERICE, pias!

or pompae, monumenta, & nobile marmor,

na vix Phariis conspiciuntur agris,

Summe, Tui praegrandia signa doloris:

et perfectos sic pietas numeros.

axis Carum regina mariti

ndit nomen secla per ampla sui.

ta Tuae statuis monumenta Maritae:

ngui Lethes flumine nescit amor)

rgensi, Conjux quam condidit, arci

ris iam de nomine nomen erit.

mus alta fuit tantum, nunc crescit in urbem,

nae ut tantae nomine digna foret.

ni non sterilis conjunxit foedere lecti,

exoptata Prole beavit amor.

nae gentes, & quicquid in orbe Boruffo est

mit, ut queritur Daulias ales Ityn.

& lacrymis Spraeae quoque crescere flumen,

folitus lymphas alveus ipse tenet.

ta, ob funus tantum, dirumpit amictus,

betus & pulcrum est vellere caesariem:

tu, Quam fovi, clamat, tradenda sepulcro est!

ra negat moeror, corde tremente, loqui.

e flete o terrae, cum lumine vestro

tarunt nentes invida busta Deae!

Sed

